

*nis adinventiones, quas modo aliquae dicere meditantur, quod propterea vestem mutaverint, ne eas inferiores personae macularent, cum non solum glorio-sae memoriae Childebertus et Chlotharius reges constitutionem legum de hac re constituerint et servaverint, quam nunc dominus Charibertus rex successor eorum praecepto suo roboravit, ut nullus umquam vel<sup>v</sup> viduam<sup>w</sup> vel puellam<sup>w</sup> absque parentum voluntate trahere aut accipere praesumat. Quęcumque enim timet violentiam et vult habere maritum, refugiat ad ecclesiam, donec propin-qui possint eam per<sup>x</sup> principis imperium<sup>y</sup> aut sacerdotis vel ecclesię beneficio liberare et defensare ac condigno sociare marito, nam quae vestem mutaverit, absque dolo in eo proposito, quod disposuit, perseverare procuret. Illud<sup>z</sup> vero, quod aliqui dicunt, vidua, quae benedicta non fuit, quare non debeat maritum accipere? Sed omnes sciant, quod numquam in canonicis libris legitur benedic-tio vidualis, quia solus propositus illi sufficere debet, sicut in<sup>a</sup> Epauuensibus canonibus a papa Avito vel omnibus episcopis conscriptum est: Viduarum con-secrationem, quas diaconas vocitant, ab omni religione nostra penitus abroga-mus; et expressius in synodo Arelatensi: Professas viduas, si in convenientia per-sisterint, cum raptoribus esse damnandas. In prophetis<sup>b</sup> legitur, quia<sup>c</sup> de<sup>c</sup> ali-enigenis contra interdicta dei Hębrei sortiti fuissent uxores, populum dei<sup>d</sup> gentibus superatum<sup>d</sup>, post praeedicante propheta dimisere uxores et separave-runt se de illicitis coniugiis statim victoriam fuisse secutam. Quicumque ergo de laicis ingenuis cum talibus excommunicatis participare praesumpserit, ex-communicatum se esse cognoscat. Item in canonibus Parisiacis capitulo V: Sacrarum<sup>77</sup> etiam virginum neque per<sup>e</sup> raptum neque<sup>e</sup> per competitiones ali-quas quisquam coniugia sortiatur. Similiter de earum erit coniunctionibus ab-stinendum – et hi, qui eas<sup>f</sup> rapere aut competere voluerint, a communione re-movendi<sup>g</sup> sunt<sup>g</sup> –, quae vestium commutatione tam viduę quam puellę reli-gionem, paenitentiam aut virginitatem publica fuerint declaratione professę. Quod si contra interdicta quis venerit et sacerdotem suum audire neglexerit, et in praesenti communione catholicę ecclesię habeatur extraneus et in perpe-*

v) fehlt A<sub>1</sub>. w-w) puellam vel viduam A<sub>1</sub>; vel übergeschrieben A. x) fehlt A<sub>1</sub>.  
y) verb. aus imperio A; imperio A<sub>1</sub>. z) am Rand Nota-Zeichen A. a) verb. A.  
b) verb. aus propheti A<sub>1</sub>. c) zuerst qua de re (?) zu quare de, dann quare zu quia verb.  
A; quare de A<sub>1</sub>. d-d) auf Rasur A. e-e) übergeschrieben A. f) so Paris und A<sub>1</sub>;  
ea A (überlieferte Variante). g) auf Rasur A.

<sup>77)</sup> Paris (a. 556/573) c. 5 (CC 148 A S. 207,88–208,97); u.a. überliefert in der Collec-tio Sancti Amandi, der diese Version in etwa entspricht (vgl. oben Anm. 36). In abwei-chender Fassung wird der Kanon auch in der eherechtlichen Zitatreihe des Paris. Lat. 12445 angeführt, vgl. oben S. 28 Nr. 12.